AMBROSIUS MEDIOLANENSIS. CASSIODORUS. GERBERTUS REMENSIS
Admont (?), 12. Jh. Seite 184v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26109
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ascendisse nouim. Et ualde mane uenerunt ad
monumentum orto iam sole. Hic inquirendum est quare is
te euangelista dicat. et ualde mane una sabbatorum. cum
matheus describat uespere autem sabbati que lucescit
in prima sabbati. u. m. m. u. a. m. u. s. Ad quod pru
dens lector facile respondere potest. quia uolun
tate et desiderio mentis uespere sicut matheus dicit.
uenire ceperunt. Sed tenebris noctis impedientibus
secundum marcum ualde mane corporaliter ad domini
sepulchrum peruenerunt. Vel certe cum matheus ait
uespere sabbati que lucescit in prima. s. u. e. u. s. a
parte noctis qua ueniat totam noctem intel
ligere uoluit. quia usus scripture est aliquando a
parte totum et e conuerso significare. Sed ut luci
dius et apercius intelligatur sciendum est quod sicut habet
dies uesperum ita et nox. Hoc tamen inter utrumque dis
tat. quod uesper diei tenebrescere consueuit in noctem.
uesper autem noctis. lucescere in diem. Vt ergo matheus
non uesperum diei sed noctis descripsisse se ostenderet.
postquam dixit uespere sabbati. adiecit. Que luces
cit in prima sabbati. Et ideo unum ideoque est quod mar
cus ait quod ualde mane. et quod matheus dicit uespere
sabbati. In domini namque resurrectione etiam ipse or
do temporis mutatus est. Ab inicio enim seculi usque ad
domini resurrectionem dies precedebat et sequebatur nox
precedens ad sequentem pertinet diem. quia qui in huius noc
tis ultima parte a mortuis resurrexit ipsam
noctem lucidam atque coruscam reddidit. et quodam